



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXI. Breue sacramenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

accipere deberet : quod ita & fecit.  
Sed postea taliter in iam dicto loco  
ipsi illi iudicatum fuit , vt in noctes  
XL. apud homines xxxvi. manu sua  
trigesima septima,in Ecclesia illa,in  
loco nuncupante illo, coniurare de-  
beat apud homines visores & co-  
gnitores ; eò quod illé quondam  
malo ordine super eum venisset , &  
res suas ei contendisset, vel primitus  
ipsum plagasset, vel liuorasset, & ip-  
sum in via adsallisset, vel insidiasset,  
& in sua mouita vel in sua culpa ibi-  
dem imperfectus fuisset. Et si hoc fa-  
cere poterit de ipsa morte quietus  
valeat residere.

XXXI. BREVE S A C R A-  
menti.

**B**Reue sacramenti , qualiter in-  
gressus est ille in loco nuncu-  
pante illo , in Ecclesia illa , sub præ-  
sentia illius iudicis, vel bonorum vi-

rorum , qui subter tenentur inserti,  
ad placitum suum custodiendum.  
Vnde retroactis diebus quadragin-  
ta , relationem de morte illius , per  
iudicium bonorum virorum acce-  
pit , iuratus dixit : per hunc locum  
sanctum & Dei reuerentiam , dum  
ego solenniter inibi ambulabam ,  
iam dictus ille quondam in loco  
nuncupante illo , me malo ordine  
adsalliuuit , vel liuorauit , & colaphos  
super me posuit , & ad rapinam , vel  
ad insidiam super me faciendam  
adstetit , & res meas mihi malo or-  
dine diripere , vel tollere tentauit . Et  
ego in sua orta contentionе , vel in  
sua mouita atque per suam culpam  
in ipso loco ipsum interfeci , per re-  
uerentiam istius sancti & Dei altissimi ; Similiter testes sibi similes vi-  
sores & cognitores , secundū quod  
ei iudicatum fuit , post ipsum iura-  
uerunt , vt quicquid iam dictus ille

de hac causa iurauit, verum & idoneum sacramentum dedit. Ij sunt qui hoc sacramentum exceperunt, manibusque eorum subterfirmauerunt.

XXXII. *SI QVANDO MA-*  
*sculus & femina pariter raptum*  
*consenserint, infra quinquen-*  
*nium litigetur.*

**N**otitia, sub quorum præsen-  
tia, vbi venies ille ante illum,  
vel eos qui subter tenentur inserti,  
ibique accusabat aliquem hominem  
nomine illū, eo quod aliquam fæ-  
minam nomine illam, iam anno ex-  
plete sine diffinitione parentum,  
vel sine eius clamore, aut vocifera-  
tione eam volentem rapuisset, atq;  
in coniugio sibi malo ordine con-  
tra legem & iustitiam sociasset: qui  
iam dictus ille, & præfata illa hoc  
denegare non potuerunt: sed in